



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

473

D 49

473

GERHARDI SCHRODER

JURISCONSULTI

ORATIO

INAUGURALIS

DE

JURISPRUDENTIAE

ET

POLITIORIS LITTERA-
TURAE CONNUBIO.



QUAM PUBLICE HABUIT

DIE. XVIII. JUNII MDCCXLV.

Cum in inelyta Ducatus Gelriae & Comitatus
Zutphaniae Academia, Ordinariam Juris
Professionem Solenni ritu auspicaretur.

HARDEROVICI.

Apud JOHANNEM MOOJEN, Academiz Ducatus
Gelriae & Comit. Zutph. Typograph. Ord.

REPRODUCED FROM

THE NATIONAL ARCHIVES

OFFICE OF THE SECRETARY OF DEFENSE

WASHINGTON, D.C.

REF ID: A66500

DATE: 10/10/2001

TIME: 10:10:10

FILE: 101-101010

SEARCHED: []

SERIALIZED: []

ILLUSTRISSIMIS

ET

AMPLISSIMIS

VIRIS

ACADEMIAE

DUCATUS. GELRIAE. ET.

COMITATUS. ZUTPHANIAE.

CURATORIBUS.

D. ADRIANO. COMITI.
DE. LYNDEN.

DOMINO IN NEDERHEMERT BURGGRAVIO.
NEOMAGENSIS. DITHONIS. SATRAPAE. REGIO-
NIS. CUIKENSIS. ETC. AD. CONSESSUM. PRAEPO-
TENTIUM. ORDINUM. FOEDERATI. BELGII. LE-
GATO ETC. ETC. ETC.

D. LEONARDO. ESSENIO.

MED. DOCT. CIVITATIS. BOMMELIENSIS. CON-
SULI. ANTEHAC. AD. REDITUS. PUBLICOS. TE-
TRARCHIAE. NEOMAGENSIS. CURANDOS. ET.
AD. SUPREMUM. SEPTEM. FOEDERATARUM.
REGIONUM. CONCILIUM. LEGATO. ETC. ETC.
ETC.

D. FRANCISCO. JOHANNI.

BARONI. DE. HEKEREN.

DOMINO. IN. ENGHUISEN. ETC. COMITATUS.
ZUTPHANIENSIS. SATRAPAE. CIVITATIS. DO-
THECHEMENSIS. CONSULI. DUCATUS. GELRIAE.
QUAESTORI. SUPREMO. ET. AD. CONCILIUM.
PRAEPOTENTIUM. ORDINUM. BELGII. FOEDE-
RATI. QUOD. HAGAE. COMITIUM. EST. LEGATO.
ETC. ETC. ETC.

D. GERHARDO. GEORGIO.
BARONI. DE. SCHIMMEL-
PENNINCK. VAN. DER. OYE.

CIVITATIS. ZUTPHANIENSIS. CONSULI. MUL-
TISQUE. ALIIS. REIPUBLICAE. HONORIBUS. ET:
DIGNITATIBUS. SAEPIUS. SPLENDIDE. FUNCTO:
ETC. ETC. ETC.

D. FREDERICO. WILHELMO.
BARONI. TORCK.

DOMINO. IN. HEERJANSDAM. ORDINIS. TEUTO-
NICI. LEIDENSIS. ET. CATTOVICENSIS. MAGI-
STRO. ORDINI. EQUESTRI. TETRARCHIAE. VELA-
VICAE. ADSCRIPTO. CIVITATIS. HATTEMENSIS.
CONSULI. CAMERAE. RATIONUM. DUCATUS. GEL-
RIAE. ET. COMITATUS. ZUTPHANIAE. PRAESIDI.
AD. CONCILIUM. PRAEPOTENTIUM. BELGII.
FOEDERATI. ORDINUM. LEGATO. CIVITATIS.
TRAJECTINAE. AD. MOSAM. SATRAPAE. GYM-
NASII. VELAVICI. CURATORI. ETC. ETC. ETC.

D. ANTONIO. A. WESTERVELT

DOMING. IN. ESSENBURG. CIVITATIS. HARDE-
ROVICENAE. CONSULL. AD. CONSESSUM. IL-
LUSTRIUM. PROCERUM. QUI. REDITUS. PUBLI-
COS. TETRARCHIAE. VELAVICAE. CURANT. ET.
PRAEPOTENTIUM. BELGII. FOEDERATI. ORDI-
NUM. QUONDAM. LEGATO. GYMNASII. VE-
LAVICI. CURATORI. ETC. ETC. ETC.

N E C. N O N.


*VIRO. NOBILISSIMO. AMPLISSIMO.
ET. CONSULTISSIMO.*

D. SAMUELI. ESSENIO. L. F.

J. U. D. CURIAE. DUCATUS. GELRIAE. ET. COMI-
TATUS. ZUTPHANIAE. SENATORI. EXTRAORDI-
NARIO. PUBLICORUM. REDITUUM. MAASLAN-
DIAE. ET. OOSTERVICI. QAESTORI. CURATORI-
BUS. GELRO. ZUTPHANICAE. ACADEMIAE. AB.
ACTIS ETC ETC. ETC.

HANC ORATIONEM.
L. M. 2.
DO, DICO, ADDICO

GERHARDUS SCHRODER



GERHARDI SCHRODER.
JURISCONSULTI

ORATIO

INAUGURALIS

DE

JURISPRUDENTIAE

ET

POLITIORIS LITTERA-
TURAE CONNUBIO.

NATALIUM CLARITATE ET MUNERUM
SPLENDORE LONGE ILLUSTRISSIMI CURA-
TORES. A AM-

2 GERHARDI SCHRODER

AMPLISSIME VIR, QUI GENEROSISSIMORUM
CURATORUM COLLEGIO. A TABULIS.

MAGNIFICE ACADEMIAE RECTOR.

GRAVISSIMI ATQUE AMPLISSIMI HUIUS
URBIS CONSULES.

VIR NOBILISSIME, CONSULTISSIME, QUI
MAGISTRATIBUS HARDEROVICENSIS AB
ACTIS ES.

CELEBRATISSIMI DIVINARUM HUMANA-
RUMQUE DISCIPLINARUM PROFESSORES.

VENERABILES ADMODUM ET FACUNDISSI-
MI COELESTIUM ORACULORUM INTER-
PRETES.

STUDIORUM PROEMIIS ET HONORIBUS DE-
CORATI, THEOLOGIAE, JURISPRUDEN-
TIAE, MEDICINAE, PHILOSOPHIAE, ET
LIBERALIUM ARTIUM DOCTORES, VIRI
ERUDITISSIMI, CONSULTISSIMI, EXPER-
TISSIMI, SAGACISSIMI.

QUI TENERAM PUBEM IN GYMNASIO VE-
LAVICO DOCETIS, VIRI LITTERATISSIMI.

GRATISSIMA CUIUSVIS LOCI ATQUE OR-
DINIS CIVIUM ET HOSPITIUM CONCIO.

CI-

ORATIO INAUGURALIS. 3

CIVES ACADEMICI, FLORENTISSIMA JUVENUM CORONA, PARENTUM DECUS ET AMOR, PATRIAE SPES, PROFESSORUM CURA HONOS ET DELECTATIO.

Docet nos Romana Historia, a cum deligeretur Imperator Tacitus, omnes acclamasse Senatores, *quis melius quam Litteratus imperat?* non latebat scilicet augustum illum & prudentem Senatum, complures Quiritium Imperatores non armis & rei militaris prudentia magis quam litteris nobilitatos fuisse & tanto praestantiores, quanto illis artibus, quas merito humaniores vocamus, essent tinctiores, evasisse.

Quamvis autem summam harum disciplinarum cultores consequantur inde gloriam, quod ipsi Imperatores, qui illis imbuti erant, idcirco meliores & ad rem administrandam aptiores sint habiti, non minus tamen laudis & honoris illis conciliatur ex multa luce, quam reliquis doctrinae studiis afferre soleant, nulla etenim scientia in Academiis traditur, quae politioris Litteraturae lumine non mirifice sit

A 2

6. Vide Vopiscum in vita Taciti. Cap. 4.

illustrata, imprimis autem Romana Jurisprudentia procul omni dubio humanitatis studiis acceptum refert, quod a priorum seculorum situ & squalore est purgata & a casca barbarie vindicata; ingratiissimi itaque vocentur civilis sapientiae doctores, si non, quantum in illis situm est, mutuas tradere velint, operas, si non lucem foenerare studeant litterarum peritis, quemadmodum illi Latinarum legum amantibus illam attulerunt.

Verum enim vero non unus fortasse erit, qui plane dubitet, an tantum commodi & utilitatis ex Jure nostro humaniorum artium cultores ullo modo percipere possint; hanc igitur dubitationem ut pro virili parte tollam & fidem omnibus faciam, aequi bonique scientes apparatus historicum antiquarium & litterarium instruere & augere satis posse, nec opus esse, ut numquam aere alieno se liberent & perpetui sint debitores, probare enitar, si Jus Civile multum debeat illis doctrinis, quibus ad humanitatem informari solemus, non minorem utilitatem ex justis & injustis scientia in bonas artes redundare, orationem enim, quam suscipiendum munus in hac inclyta Academia

a me

a me postulat, habiturus sum de *Jurisprudentiae & politioris Litteraturae connubio*; non quidem late ostensurus, quantum boni ex humanioribus artibus jus Civile capiat, quoniam id nimis multi ante me praestiterunt, verum docere studens, plurimum emolumenti Litteratoribus nasci ex Romani Juris cognitione, ut omnino ita constet de vinculo, quo nobilia illa studia inter se continentur, arctissimo.

Quamvis enim jureconsultus magni nominis & insigne quondam hujus etiam Academiae ornamentum Antonius Schultingius, cujus ab ore me adolescentem pependisse juvat cujusque memoriam summa cum caritate numquam non usurpabo, de utilitate ex Jurisprudentia ad alias artes redundante agens egregia illa quidem; sed pauca, (nec enim instituti sermonis ratio aliud suadebat) dixerit de hac materia, non indigna tamen mihi visa fuit, quae fusius & justa oratione tractaretur,

Vos igitur, omnes honoratissimi auditores, enixe admodum & majorem in modum rogatos velim, ut mihi in tanto illustrissimorum & studiosissimorum hominum conventu & frequentia verba facienti vultibus atque animis amicis operam detis!

A 3

U3

Ut autem ordine aliquo meus hic sermo procedat, nihil prius agendum puto, nisi ut in nobilissima humanitatis studiorum parte exordiar, quantumque fieri a me possit, breviter & dilucide, probeam, Historiam illam vitae magistram & veritatis lucem civilis prudentiae auxilio non raro indigere & haud leve commodum acquirere posse ex mirando legum Romanarum corpore; non enim sedet mihi latius asserere, Juris Gentium notitiam multum prodesse rerum gestarum enarratori, disputaturo de bellis & foederibus, de legislatorum edictis & institutis, nec addam, Jus Canonicum historias explicituro plurimum posse opitulari, verum solum Jus Civile nos detinebit;

Quiritiam itaque historiam enarrans & exponens mirum quantum a Latina Themide adjuvabitur; nemo enim tam durae frontis erit, ut inficias iverit, inter illa, quae scire juvat & decet, ubi res gestas docemur, esse legum conditarum & omnium illorum notitiam, quae Romanorum Imperatores constituerunt: jam vero, quemadmodum quotquot sunt, qui historicis epulis excipiunt & exhilarant juveniles animos, ut melius & doctius enarrent bella

& res sub pellibus & Jove frigido peractas, quoties opus est & res flagitat, Tacticos evolvunt scriptores & adsequi student, qua ratione veteres aciem ordinaverint, castra posuerint, quibus armis, quo adparatu bellico usi fuerint, ideoque investigant & perscrutantur sedulo omnia, que ad rem militarem quoquo modo spectant, haud aliter, quoties jura & leges memorantur & principum constitutiones, Jus Romanum amicam opem sedulo & cordata Litteratori adferre poterit, qui Juris cognitione intructus melius intelliget, quae tot historici tradiderunt; ita Livium & Florum longi rectius capiet & explicabit: advocata auxiliari- ce Jurisprudencia omnia illi plana erunt: apud Valerium Maximum, qui sane quanto opere ex Quiritium legibus possit illustrari, data opera & egregio specimine edito probavit magnus antecessor Antonius Schuldingus: Polybius imprimis politicae sapientiae plenissimus & consulti-ssimus Jurisperitum lectorem polcit, ubi plurima memorat usui illis futura, qui rempublicam in partibus, quae illis credentur olim, gubernare cupiunt, quoniam legum scientia portio tam nobilis & praeclustris sit studii po-
litici

litici; sed non tantum favent Litteratoribus Jurisconsulti in explicandis historiis, verum longe majus quid præstant rerum gestarum indagatoribus; dici enim vix potest, quantum fructum quantumque commodum percipere possint historiæ amantes ex toto nostri Juris Corpore, ut novis adparatibus se largius instruant; Digesta etenim si spectamus, sciant illa historiis, quas dum veteres jurisconsulti crebro laudant, abunde docent, multa in illis non ita facile posse perspici, nisi Romana Themis facem præferat, nec tantum illa complectuntur, de quibus alii satis superque mentionem fecerunt; sed plurima humanos casus & quidquid olim gestum sit discunt, quæ ita descripta non offendas alibi, subministrant & suggerunt; Pomponius enim ubi originem juris enarrat, multa refert, quæ non retulerunt scriptores reliqui, sola etiam Digesta sunt, quæ Carthaginem fuisse passam aratum, nobis tradiderunt. *a.*

Quid non discunt porro historias qui scire cupiunt ex sedula utriusque Codicis lectione, rebus

a. V. Leg. 21. ff. quibus modus usus vel usufructus amittitur.

rebus etenim à Valentinianis, Gratiano, Theodosio, Leone Justiniano aliisque Imperatoribus peractis, pro hominum fidem! quid non lucis impartiunt Codices? si quis porro his deliciis captus addit Novellas & quas post Leonis Novellas collocatas habemus in Juris nostri Corpore Constitutiones Imperatorias, quas dum evolvere, historiasne an leges potius inde hauriam dubius haereo, has, inquam, si diligenter perlustrare velit, nae haud pauca docebitur ad suam artem pertinentia & facientia, quae si conaretur apud alios investigare, frustra saepius esset, imprimis enim mediis, quomodo dicitur, aevi historia nostrae doctrinae subsidiis indiget; illi autem Codex uterque &, quas dixi, Novellae & Imperatoriae Constitutiones mirabiliter prodesse poterunt, nec tantum auxiliantur jura Civilia historiarum profanarum lectoribus, sed non parum laudis inde conciliatur nostrae jurisprudentiae, quod plurimum utilitatis pariat sacram Novi Foederis historiam explicare cupientibus & recte intelligere conantibus, judicii ordinem in nece adorandi Servatoris nostri, denique etiam doceri studentibus sancti Stephani, magni Pauli tata & multa alia, quorum

B

rum maximae parti plurimam lucem attulit amplissimus senator & jurisconsultus, quem Frisia nobis dedit, celeberrimus Zacharias Huberus, ut alios taceam juris interpretes de his illustrandis summa cum laude satagentes; Historiae sacrae & profanae itaque multum opitulatur jura Civilia; sed & Geographiae studiosis illa non contemnendum in modum subvenire, forte erunt, qui non statim credituri sint; & sane pluribus hoc probarem, nisi probasset Jacobus Lesschaefferius *a*.

Quoniam itaque satis verborum me fecisse existimem de commodo, quod percipiunt historiae amantes ex nostrae artis subsidiis sponte convertitur mea oratio ad antiquitatum indagacionem, quae profecto non minus quam historia adjumenti invenit in Jure Civili & apud ejus interpretes; explicabit etenim fortasse satis feliciter antiquitatum studiosus sine Pandectis & Codice deorum cultum aut rem militarem, occupari cum fructu poterit exponendis balneis triclineis ludis vestibus & suppellectili veterum, multo tamen prudentius *b* & *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s* *t* *u* *v* *w* *x* *y* *z* *aa* *ab* *ac* *ad* *ae* *af* *ag* *ah* *ai* *aj* *ak* *al* *am* *an* *ao* *ap* *aq* *ar* *as* *at* *au* *av* *aw* *ax* *ay* *az* *ba* *bb* *bc* *bd* *be* *bf* *bg* *bh* *bi* *bj* *bk* *bl* *bm* *bn* *bo* *bp* *bq* *br* *bs* *bt* *bu* *bv* *bw* *bx* *by* *bz* *ca* *cb* *cc* *cd* *ce* *cf* *cg* *ch* *ci* *cj* *ck* *cl* *cm* *cn* *co* *cp* *cq* *cr* *cs* *ct* *cu* *cv* *cw* *cx* *cy* *cz* *da* *db* *dc* *dd* *de* *df* *dg* *dh* *di* *dj* *dk* *dl* *dm* *dn* *do* *dp* *dq* *dr* *ds* *dt* *du* *dv* *dw* *dx* *dy* *dz* *ea* *eb* *ec* *ed* *ee* *ef* *eg* *eh* *ei* *ej* *ek* *el* *em* *en* *eo* *ep* *eq* *er* *es* *et* *eu* *ev* *ew* *ex* *ey* *ez* *fa* *fb* *fc* *fd* *fe* *ff* *fg* *fh* *fi* *fj* *fk* *fl* *fm* *fn* *fo* *fp* *fq* *fr* *fs* *ft* *fu* *fv* *fw* *fx* *fy* *fz* *ga* *gb* *gc* *gd* *ge* *gf* *gg* *gh* *gi* *gj* *gk* *gl* *gm* *gn* *go* *gp* *gq* *gr* *gs* *gt* *gu* *gv* *gw* *gx* *gy* *gz* *ha* *hb* *hc* *hd* *he* *hf* *hg* *hh* *hi* *hj* *hk* *hl* *hm* *hn* *ho* *hp* *hq* *hr* *hs* *ht* *hu* *hv* *hw* *hx* *hy* *hz* *ia* *ib* *ic* *id* *ie* *if* *ig* *ih* *ii* *ij* *ik* *il* *im* *in* *io* *ip* *iq* *ir* *is* *it* *iu* *iv* *iw* *ix* *iy* *iz* *ja* *jb* *jc* *jd* *je* *jf* *jj* *jh* *ji* *jj* *jk* *jl* *jm* *jn* *jo* *jp* *jq* *jr* *js* *jt* *ju* *ju* *jv* *jw* *jx* *ky* *kz* *la* *lb* *lc* *ld* *le* *lf* *lg* *lh* *li* *lj* *lk* *ll* *lm* *ln* *lo* *lp* *lq* *lr* *ls* *lt* *lu* *lv* *lw* *lx* *ly* *lz* *ma* *mb* *mc* *md* *me* *mf* *mg* *mh* *mi* *mj* *mk* *ml* *mm* *mn* *mo* *mp* *mq* *mr* *ms* *mt* *mu* *mv* *mw* *mx* *my* *mz* *na* *nb* *nc* *nd* *ne* *nf* *ng* *nh* *ni* *nj* *nk* *nl* *nm* *nn* *no* *np* *nq* *nr* *ns* *nt* *nu* *nv* *nw* *nx* *ny* *nz* *oa* *ob* *oc* *od* *oe* *of* *og* *oh* *oi* *oj* *ok* *ol* *om* *on* *oo* *op* *oq* *or* *os* *ot* *ou* *ov* *ow* *ox* *oy* *oz* *pa* *pb* *pc* *pd* *pe* *pf* *pg* *ph* *pi* *pj* *pk* *pl* *pm* *pn* *po* *pp* *pq* *pr* *ps* *pt* *pu* *pv* *pw* *px* *py* *pz* *qa* *qb* *qc* *qd* *qe* *qf* *qg* *qh* *qi* *qj* *qk* *ql* *qm* *qn* *qo* *qp* *qq* *qr* *qs* *qt* *qu* *qv* *qw* *qx* *qy* *qz* *ra* *rb* *rc* *rd* *re* *rf* *rg* *rh* *ri* *rj* *rk* *rl* *rm* *rn* *ro* *rp* *rq* *rr* *rs* *rt* *ru* *rv* *rw* *rx* *ry* *rz* *sa* *sb* *sc* *sd* *se* *sf* *sg* *sh* *si* *sj* *sk* *sl* *sm* *sn* *so* *sp* *sq* *sr* *ss* *st* *su* *sv* *sw* *sx* *sy* *sz* *ta* *tb* *tc* *td* *te* *tf* *tg* *th* *ti* *tj* *tk* *tl* *tm* *tn* *to* *tp* *tq* *tr* *ts* *tt* *tu* *tv* *tw* *tx* *ty* *tz* *ua* *ub* *uc* *ud* *ue* *uf* *ug* *uh* *ui* *uj* *uk* *ul* *um* *un* *uo* *up* *uq* *ur* *us* *ut* *uu* *uv* *uw* *ux* *uy* *uz* *va* *vb* *vc* *vd* *ve* *vf* *vg* *vh* *vi* *vj* *vk* *vl* *vm* *vn* *vo* *vp* *vq* *vr* *vs* *vt* *vu* *vv* *vw* *vx* *vy* *vz* *wa* *wb* *wc* *wd* *we* *wf* *wg* *wh* *wi* *wj* *wk* *wl* *wm* *wn* *wo* *wp* *wq* *wr* *ws* *wt* *wu* *wv* *ww* *wx* *wy* *wz* *xa* *xb* *xc* *xd* *xe* *xf* *xg* *xh* *xi* *xj* *xk* *xl* *xm* *xn* *xo* *xp* *xq* *xr* *xs* *xt* *xu* *xv* *xw* *xx* *xy* *xz* *ya* *yb* *yc* *yd* *ye* *yf* *yg* *yh* *yi* *yj* *yk* *yl* *ym* *yn* *yo* *yp* *yq* *yr* *ys* *yt* *yu* *yv* *yw* *yx* *yy* *yz* *za* *zb* *zc* *zd* *ze* *zf* *zg* *zh* *zi* *zj* *zk* *zl* *zm* *zn* *zo* *zp* *zq* *zr* *zs* *zt* *zu* *zv* *zw* *zx* *zy* *zz* *aa* *ab* *ac* *ad* *ae* *af* *ag* *ah* *ai* *aj* *ak* *al* *am* *an* *ao* *ap* *aq* *ar* *as* *at* *au* *av* *aw* *ax* *ay* *az* *ba* *bb* *bc* *bd* *be* *bf* *bg* *bh* *bi* *bj* *bk* *bl* *bm* *bn* *bo* *bp* *bq* *br* *bs* *bt* *bu* *bv* *bw* *bx* *by* *bz* *ca* *cb* *cc* *cd* *ce* *cf* *cg* *ch* *ci* *cj* *ck* *cl* *cm* *cn* *co* *cp* *cq* *cr* *cs* *ct* *cu* *cv* *cw* *cx* *cy* *cz* *da* *db* *dc* *dd* *de* *df* *dg* *dh* *di* *dj* *dk* *dl* *dm* *dn* *do* *dp* *dq* *dr* *ds* *dt* *du* *dv* *dw* *dx* *dy* *dz* *ea* *eb* *ec* *ed* *ee* *ef* *eg* *eh* *ei* *ej* *ek* *el* *em* *en* *eo* *ep* *eq* *er* *es* *et* *eu* *ev* *ew* *ex* *ey* *ez* *fa* *fb* *fc* *fd* *fe* *ff* *fg* *fh* *fi* *fj* *fk* *fl* *fm* *fn* *fo* *fp* *fq* *fr* *fs* *ft* *fu* *fv* *fw* *fx* *fy* *fz* *ga* *gb* *gc* *gd* *ge* *gf* *gg* *gh* *gi* *gj* *gk* *gl* *gm* *gn* *go* *gp* *gq* *gr* *gs* *gt* *gu* *gv* *gw* *gx* *gy* *gz* *ha* *hb* *hc* *hd* *he* *hf* *hg* *hh* *hi* *hj* *hk* *hl* *hm* *hn* *ho* *hp* *hq* *hr* *hs* *ht* *hu* *hv* *hw* *hx* *hy* *hz* *ia* *ib* *ic* *id* *ie* *if* *ig* *ih* *ii* *ij* *ik* *il* *im* *in* *io* *ip* *iq* *ir* *is* *it* *iu* *iv* *iw* *ix* *iy* *iz* *ja* *jb* *jc* *jd* *je* *jf* *jj* *jh* *ji* *jj* *jk* *jl* *jm* *jn* *jo* *jp* *jq* *jr* *js* *jt* *ju* *ju* *jv* *jw* *jx* *ky* *kz* *la* *lb* *lc* *ld* *le* *lf* *lg* *lh* *li* *lj* *lk* *ll* *lm* *ln* *lo* *lp* *lq* *lr* *ls* *lt* *lu* *lv* *lw* *lx* *ly* *lz* *ma* *mb* *mc* *md* *me* *mf* *mg* *mh* *mi* *mj* *mk* *ml* *mm* *mn* *mo* *mp* *mq* *mr* *ms* *mt* *mu* *mv* *mw* *mx* *my* *mz* *na* *nb* *nc* *nd* *ne* *nf* *ng* *nh* *ni* *nj* *nk* *nl* *nm* *nn* *no* *np* *nq* *nr* *ns* *nt* *nu* *nv* *nw* *nx* *ny* *nz* *oa* *ob* *oc* *od* *oe* *of* *og* *oh* *oi* *oj* *ok* *ol* *om* *on* *oo* *op* *oq* *or* *os* *ot* *ou* *ov* *ow* *ox* *oy* *oz* *pa* *pb* *pc* *pd* *pe* *pf* *pg* *ph* *pi* *pj* *pk* *pl* *pm* *pn* *po* *pp* *pq* *pr* *ps* *pt* *pu* *pv* *pw* *px* *py* *pz* *qa* *qb* *qc* *qd* *qe* *qf* *qg* *qh* *qi* *qj* *qk* *ql* *qm* *qn* *qo* *qp* *qq* *qr* *qs* *qt* *qu* *qv* *qw* *qx* *qy* *qz* *ra* *rb* *rc* *rd* *re* *rf* *rg* *rh* *ri* *rj* *rk* *rl* *rm* *rn* *ro* *rp* *rq* *rr* *rs* *rt* *ru* *rv* *rw* *rx* *ry* *rz* *sa* *sb* *sc* *sd* *se* *sf* *sg* *sh* *si* *sj* *sk* *sl* *sm* *sn* *so* *sp* *sq* *sr* *ss* *st* *su* *sv* *sw* *sx* *sy* *sz* *ta* *tb* *tc* *td* *te* *tf* *tg* *th* *ti* *tj* *tk* *tl* *tm* *tn* *to* *tp* *tq* *tr* *ts* *tt* *tu* *tv* *tw* *tx* *ty* *tz* *ua* *ub* *uc* *ud* *ue* *uf* *ug* *uh* *ui* *uj* *uk* *ul* *um* *un* *uo* *up* *uq* *ur* *us* *ut* *uu* *uv* *uw* *ux* *uy* *uz* *va* *vb* *vc* *vd* *ve* *vf* *vg* *vh* *vi* *vj* *vk* *vl* *vm* *vn* *vo* *vp* *vq* *vr* *vs* *vt* *vu* *vv* *vw* *vx* *vy* *vz* *wa* *wb* *wc* *wd* *we* *wf* *wg* *wh* *wi* *wj* *wk* *wl* *wm* *wn* *wo* *wp* *wq* *wr* *ws* *wt* *wu* *wv* *ww* *wx* *wy* *wz* *xa* *xb* *xc* *xd* *xe* *xf* *xg* *xh* *xi* *xj* *xk* *xl* *xm* *xn* *xo* *xp* *xq* *xr* *xs* *xt* *xu* *xv* *xw* *xx* *xy* *xz* *ya* *yb* *yc* *yd* *ye* *yf* *yg* *yh* *yi* *yj* *yk* *yl* *ym* *yn* *yo* *yp* *yq* *yr* *ys* *yt* *yu* *yv* *yw* *yx* *yy* *yz* *za* *zb* *zc* *zd* *ze* *zf* *zg* *zh* *zi* *zj* *zk* *zl* *zm* *zn* *zo* *zp* *zq* *zr* *zs* *zt* *zu* *zv* *zw* *zx* *zy* *zz*

a. In tractatu de vocabulis ad Geographiam Juris Romani pertinentibus, qui habetur in Thesouro Juris Ottoniano,

& copiosius se instruet, dum illa extricare cupit; si leges nostras antea haud perfunctorie evolverit; maxime vero & unice antiquitates perscrutantem Jurisprudencia docere poterit, quomodo cives apud Romanos fuerint descripti & distincti in ordines, rectius magistratus eorum officia & munera enarrabit consultis Jurisprudencibus, cum maxima libri primi Pandectarum pars impensa sit ab eorum architectis huic materiae & Codicis Justiniani tres imprimis libri posteriores nil aliud fere doceant: discere ibi licet & passim in utroque Codice multos Romanorum, immo & aliarum gentium aliquot ritus, quos incassum apud reliquos scriptores adsequi conabimur; largius etiam a Themide nostra adjuti antiquitatum doctores de ingenuis, libertinis, servis, nuptiis adoptionibus & arrogationibus similibusque rebus agent & egerunt etiam, qui nobis optimos de his rebus exararunt commentarios eruditissimi & excellentissimi, ex litteratorum ordine: porro, non solum ea, quae modo recensebam, tractant antiquitatum studiosi; sed multis partibus plura explicant, quae boni & aequi artem poscere, nemo neget; est etenim,

nim, qui doceat, quid fuerit Romanis lex & cum plebiscitis atque senatusconsultis edicta prudentumque responsa: est, qui explanet, quaenam fuerint Quirini populi judicia, quomodo & quando Praetor ipse judicaverit, quando vero iudicibus has partes dederit; quomodo actor illum, unde petitur, in jus vocaverit, & fidejussores, immo quomodo de calumnia & in litem iuraverint & similia.

Quid Vobis videtur, honoratissimi Auditores, an ullae artes facilius unquam contendi & comparari possunt? immo numquid hac in parte differt a Juris doctore Antiquarius? certe ego quidem fines, quibus Antiquitatis & Juris studia maximam partem continentur & circumscribuntur, vix rexerim: tantum sane est, quod expensum ferre solet nostra disciplina antiquitatum prudentiae, atque ita, quoniam millies etiam Jurisperitis ad veterum rituum studiosos confugiendum sit, ubi Prudentes in Pandectis & in Codice ac Novellis Imperatores priscos mores spectant, omnino constare puto de mutua, qua gaudent, ope legum & Romanorum rituum doctores; sed
non

non subsistit in historiis & antiquitatibus subsidium, quod reciproca & parili cum utilitate adferunt Jurisconsulti & Litteratores, nam quemadmodum aliquis veteres juris Civilis mystas, ut decet, nec intelliget nec explicabit, nisi, quid sit Latine scire, didicerit ex probae notae & quomodo vocantur, Classicis Auctoribus; quemadmodum studiosus Quiritium leges irrito conatu consulat, nisi egregii litteratores Latinae linguae genium & venteres illi conciliaverunt; nisi edoctus sit dictiones accurata trutinâ perpendere & undique opes necessarias congerere, nisi denique illum juverit commentarios evolvere, quibus heroës illi litterarii, dum explicant auctores Romanos milles etiam legibus nostris prodesse voluerunt; ita longe melius auctores illos Latinos saepius litteratores ex justis & injustis notitia extricabunt: non ego sane prae me fero, Romanis illum scriptoribus non posse uti aut Latinitatem adsequi, nisi qui juri Romuleo operam dederit, attamen melius litterarum amantem intellecturum mille loca in auctoribus illis difficillima, ubi jus nostrum tangitur, neminem humanitatis studia amantem mihi non concess-

B 3

surum

furam confido; ut enim apes per flores volantes illos tantum attingunt flores & dulce tamen mel nobis ita promunt; dum homines quidquid boni flores illi promiserant & protulerant in usum longe meliorem & magis fructuosum convertunt; ita litteraturae politioris cultores, qui jura non didicerunt nec jurisconsultos umquam advocarunt ex incomparabilis illius Tullii libris praeter mel eloquii nihil colligent, dum litteratores, qui Latinam Themidem consuluerunt, & eloquentiae copiam augebunt & obscurissimas tenebras discutient ex admirandi Oratoris monumentis.

Operam etenim profecto luderem & bonas horas perderem, si ostendere vellem, orationum disertissimi Romuli nepotum & eloquentiae Romanae parentis verum sensum ab intima jurisprudentia non raro esse repetendum & inde exculpandum; hoc etenim cuivis puto evidentissimum & tam clarum esse quam sol, cum sudum est; quare ulteriore de hac re disputatione facile supersedeo; cetera etiam magni illius Consulis scripta, Philosophica quoque praesertim ejus Topica & de Officiis aureus libellus veram & non simulatam juris-

con-

consultorum sapientiam unice petunt sociam: sed non solus Cicero, ubi Philosophum agit, crebro Jurisperitum lectorem desiderat; vel solidae enim horae aquam consumere possem, si per singula ire & liquido docere vellem, etiam ad reliquorum Philosophorum, quos vetus Latium nobis dedit, dictiones capiendas saepe Jurisconsulti interpretatione opus esse; multos etiam in Plinio, Gellio & ejusmodi aliis locis liceret indicare, unde luce clarius constaret, eos tenebris plus Cimmeriis esse obritos, nisi Jurisconsultus vel in jure non plane hospes litterator illas nostrae artis lumine removerit; a lumen artis nostrae etiam Latinae Poësis clarissima lumina non raro poscere, & Virgilium juris divini & humani intelligentissimum vatem & Ovidium multa nobis cecinisse, quae ex legibus Latinis illustranda se offerunt, omnes, qui attente & instructi, ut docet, non tantum litterarum, sed juris etiam cognitione hosiolverint, concedent ultro; Terentium etiam, Plautum, Horatium & cum Persio Juvenalem scaterere locutionibus nostrae arti propriis, nemo,

a. V. exempla apud magnum Gronovium in notâ ad Seneca Controversias p. 387.

mo, qui illos frequenter legerit, negabit unquam, imprimis quoque dulcissimus fabularum Aescopiarum politor juris amabili luce carere nequit, unde Rittershusius aliique multi ex aequi bonique sacerdotibus quamplurima apud illum auctorem loca illustrarunt, immo non tantum illustrarunt; sed, quod ante illos nemo ullus capere potuerat, Jurisprudentiae favore explicuerunt; a. quoniam autem apud Poetas saepius tenebrae occurrant, quibus retinentur juris prorsus inperiti lectores: non tam mirabile porro videbitur, si Rhetores & Grammatici haud raro negotium facessant omnibus, qui hos a Juris Civilis cognitione destituti evolvere cupiunt; mille etenim locis dicti mei veritatem probat Fabius Quintilianus, cujus Declamationes plane sunt Juridicae; immo vix ullus unicus hujus Rhetoris Institutionum Oratoriarum liber sine Juris Civilis ope unquam intelligetur; non etenim, verbi gratia, capiet aliquis, nisi rerum divinarum & humanarum scientiam saltem attigerit, quod Fabius perhibet, actum esse in Curiano judicio Cicero-

a. Vide Cl. Abr. Wieling Lect. Juris Civilis L. 1. C. 25 & L. 2. C. 24.

ceronis quoque commemoratione celebratissimo, an scilicet expressa pupillaris etiam contineat substitutionem vulgarem; *a.* sed non est unicus ille lapis, ad quem legum plane inperiti lectores apud nobilissimum illum Oratoriarum Institutionum scriptorem offendere possint, quoniam sexcenta ejusmodi in ejus monumentis occurrunt: similiter ex Varronis libris, similiter ex aliis vetustis Grammaticis justis numeris fructus non facile quis colliget, nisi de verborum significatione libellus, quem Pandectis adjectum habemus & laetamur, adhibeatur & comes eat, & sane, mirumne est? si auctores Romani tantum non omnes saepius secundum leges Latinas locuti & frequenter Jurisconsultorum formulis usi fuerint, cum in nostratum etiam libris hoc quotidie fieri adsolet, ut instituta patriae spectent qui de jure non scribunt, quoniam autem frequentissimus hic Romanorum mos fuit & disciplina, in tenebris aliquando errabit, si quis sine aliqua jurisperitia explicandis illis se accingat,

a. Vide Quintil. l. 7. Cap. 7 Instit. Orat. & adde Viglium in Commentario praestantissimo ad Tit. Instit. de pupill. substit. p. 217.

cingat, seculorum porro posteriorum scriptores multum habent obscuritatis, multum creant difficultatis lectoribus a juris scientia prorsus inparatis; bonum itaque factum! quod Scipio Gentilis Apuleji Apologiam, qua magis comtum magis Latinum post Antoninorum tempora quidquam exstare, magnus negat Casaubonus, *a.* data opera ex jure Civili illustraverit, ita etiam ex Latinis legibus quam maxime explicandi sunt Symmachus, Cassiodorus, Sidonius Apollinaris & ejusmodi alii, immo ipsi auctores Ecclesiastici, nemo enim Tertullianum, ut brevitatis ergo illum solum memorem, praesertim ejus Apologeticum sine adhibitis jurisconsultis ubique intelliget, quoniam; si non idem est, qui ejusdem nominis juris mysta, qua de re adhuc animi pendunt eruditi, certe plenissimus est locutionibus, quibus passim Romanorum leges & instituta spectat, quid? quod eruditionis illud &, Franciae rege pronuntiante, Batavae generis prodigium Hugo Grotius judicaverit, non sine veri specie statui, multos ex juris sacerdoti;

a. In Dedicacione praefixa Apuleji Apologiae;

dotibus Christi sacerdotes esse factos, qui dum
 sua ex disciplina loquuntur, sine dubio fre-
 quenter ex legibus illustrandi sunt, unde me-
 moratur, jurisprudentiae lumen splendidissimum
 & plus semel jam honoris causa mihi no-
 minatus celebris Schultingius, exhausto omni
 artis nostrae thesauro, non tantum praeterea
 excellentissimi literatoris partes implevisse, sed
 etiam omnes Patres, quos vocamus, indefessa
 perlegisse industria, idem Balduinum egregi-
 um illum jurisconsultum fecisse & narrant &
 liquet, idem fecerunt alii Themidis Romanae
 cultores; quamvis saepe prudenter sit proce-
 dendum in fide adhibenda omnibus, quae pro-
 ferant Patres, crebro etenim in Quiritium il-
 los legibus caecutiisse, norunt eruditiores, sed
 profecto soli in notitia boni & aequi eruditi-
 ores: Quoniam itaque satis patere existimem ex
 illis, quae dixi, plurima apud auctores Latinos oc-
 currere, quae aenigmatum instar essent, nisi juris
 scientia nodos, nisi leges solverent vincula, vix ul-
 lo verborum ambitu opus esse puto, quo vo-
 bis persuadeam, Auditores honoratissimi, Cri-
 ticam saepe aberraturam, si limam admove-
 at sine legum cognitione innumeris scripto-
 rum

rum locis, quae jus nostrum tangunt, ita exempli causa, si quis apud Tacitum, *a. P. Sullium ob rem judicatam* cepisse pecuniam legat & porro videat, illum rem nondum judicasse; sed corruptum fuisse, ut id faceret, quovis pretio contendere posset, ab auctoris manu esse, *rem judicandam*, qui tamen civili sapientia adjutus nihil ibi mutabit, pulchre scilicet tum doctus, stipulationem fieri in jure nostro *judicatum solvi*, antequam etiam judex sententiam pronuntiaverit; & res adhuc judicata sit, si porro apud gravissimum illum historicum Criticus legat, impetratum fuisse, ut illentes omni *munere* publico essent soluti idque in illorum commodum, *b. pro munere* facili ratione dabit *onere* vel simile quid, nisi a Jurisconsultis didicerit, *munera* etiam ab illis vocari *onera publica*: multum itaque & inmentum si debent humanitatis studiorum cultoribus jurisperiti, illis viam sternentibus ad intelligendas & enodandas leges in Juris Corpore intricatissimas, non minus sane litteratores acceptum referre debent egregiis Juriscon-

a. V. Taciti Annalium L. 4. C. 31. b. Lib. 12. Annal. Cap. 58.

consultis, qui tot locis in auctoribus cum Graecis tum Latinis difficillimis ex Jure Romano lucem attulerunt, quales fuerunt Alciatus, Budaeus, Ferrettus, Goveanus, Balduinus, Viglius, ante omnes Phoenix ille & judice Scaligero *a.* margarita Jurisconsultorum, qui sibi tantum & doctis scripsit, Cujacius, nomina quae elegantioris Jurisprudentiae cultores non sine horrore quodam sacro ad aures admittunt; *b.* nôrunt etenim, qui horum monumenta & egregias observationes evolverunt, Ciceronem, Virgilium, Nasonem; immo quos non aureae & sequentium aetatum scriptores? a legum interpretibus frequenter emendari atque extricari, etiam cum Jus Civile nihil nodi nexuit; ut taceam, quoties, ubi quid erratum erat a Juris inperitis in difficilioribus locis explicandis acutissimi hoc cor-

C 3

rexe-

- a.* Pag. 67. in primis Scaligeranis.
b. Tales etiam imprimis fuerunt Scipio, Gentilis, Duarenus, Hotomanus, Gordonius, Faber, Brillionius, Merillius, Maranus, Janus a Costa, uterque Pithoeus, Doviatus, Gothofredus, Menagius, Avellanus, Mercerus, Forsterus, Raevardus, Vinnius, Wissebachius, uterque Huberus, Noodtius, Schultingius, Bestius, Brenkmanus, Bynkershoekius, alii.

reperint Jurisperiti? verum non ita tantum prodest boni & aequi scientia politici litteraturae, dum scilicet auctorum Romanorum locutiones obscuriores e tenebris revocat; sed & ad leges suas propter Latinitatem saepe satis commendandas allicit & invitat Litteratores; ut & inde plurima accipiant, quae non dabunt alii, scio satis, & nollem factum, egregium illum Grammaticum & Litteratorem Laurentium Vallam Jurisperitos aliquando stultitiae insimulavisse & omnibus deridendos propinasse, immo ineptitiae in ejusmodi rebus, quas ipse prorsus ignorabat, accusare ausum fuisse, *a.* verum haec viro egregie docto propter cetera ejus merita, libenter condonabimus, qui scimus, alibi *b.* illum pronuntiasse, se Pandectarum dignitatem admiratum fuisse & stupuisse, immo, si perissent reliqui scriptores, ex Jurisconsultorum responsis Latinitatem posse restitui, palam praedicasse; ita etiam legimus, magnum Scaligerum maluisse totum Jus Civile amit-

a. Vide Celeb. Dukeri praefat. ante opusc. de Lat. Jctor. & insigne exemplum apud Chiffetium de Jure Fidei-
comm. L. 2. C. 5.
b. In Praefatione Lib. 3. Elegantiarum.

amittere quam vel Varronem vel Catonem, *a* sed alibi illum legimus fatentem Jureconsultos, si qui alii, Latine loqui; *b*. multum procul dubio commodi Digestis attulit Politianus & tamen ille etiam aliquando satis imprudenter gloriatus dicitur, se senis Juris Civilis interpretationibus vel Accursium superare posse, verum haec jactans & continuo rogatus a Mariano Socino, *c*. quem ergo putaret esse suum heredem apud jurisconsultos, illico mutus fuisse: quis non desideret vincula? quibus ejusmodi Proteos & Mestra mutabiliores teneat: sed profecto satis infelicitate talia exciderunt Viris illustribus, cum tamen abunde etiam Digesta & Jurisconsultos aliis horis laudarunt; non est, quod illis admodum succenseamus probe scientes, fuisse etiam multos ex Jurisconsultorum ordine, qui nimis proterve insultarunt Litteratoribus, a quibus praestitisset illos fuisse doctos, praeterquam quod non unus ex humanitaris studiorum cultoribus
fue-

a. Vide prima Scaligerana p. 42.

b. In primis Scaligeranis p. 55.

c. V. Panzirollum in vita Mariani Socini p. 360. & spectas hoc Janus Corasius in Epistol. quaest. Cap. 1.

fuerit, qui constanter & cordate Latinitati Digestorum justum pretium statuit, ita enim magnus ille Heinsius pronuntiavit, *a.* se in Pandectarum libris praeter legum majestatem, quae a Principe splendorem mutuatur, & privata omni laude (agnoscitis ipsissima illustris Heinsii Patris verba) uberiores sunt, linguae elegantiam & puritatem limitatam quasi & conclusam videre, optime procul dubio Litterarius heros ita publice ob meliorem Latinitatem laudavit opulentissimum Romanarum legum thesaurum.

At bonam sic satis, verum cadentem tantum Latinitatem forte dixerit aliquis, Pandectarum libros commendare nec examussim optimam dictionem fulgere in jurisprudentiae sacerdotum libris ideoque elegantiarum studiosos, qui styli poenas dare nolunt & magis castam elocutionem quaerunt, potius haec legum consultis relinquere debere. Ultra concedimus & nulli prorsus inficiamur, magnam non tamen maximam partem vera esse, quae ita perhibentur, sed non solum Ciceronem esse legendum, non
foliis

a. In Orationibus pag. mihi 138-

solis optimis esse adhaerendum illi, qui litterarum amantem se profitetur, dudum nos docuit Batorum aeterna gloria Erasmus; si itaque Apulejam & tot alios scriptores jurisconsultorum aetati suppare; immo ejusmodi etiam, quos nostri & rerum, quas tractant atque memorant, gravitate, eloquentia & artificioso verborum ordine, quem in veteribus illis jurisprudentibus miratur Petrus Faber, *a.* longo superant intervallo, cupide & attente evolvimus, sane etiam Latini juris interpretes lectione assidua dignissimos putemus! non cedunt etenim scriptoribus ejusdem aetatis Papinianus, Paulus & Ulpianus, magno Vossio iudice, *b.* probae Latinitatis auctores &, qui familiam ducit, disertissimus Aferus Varus, ita saltem judicant periti, ita censent veteres Grammatici; sed quid ego autem latius pro Latinitate jurisconsultorum verba facio? cum jam litterati & juris scientes homines hoc praestiterint & eorum opera huic rei inservientia collecta habemus & in ordinem digesta; praebent itaque etiam Quiritium leges aeternae Romanorum linguae amantibus,

D

quo

a. Lib. 1. Semestr. p. 246. *b.* L. 3. C. 7. de Arte Grammatica.

quo thesauros & elegantium & notatu dignarum dictionum apparatus citare possint; sed non ita tantum suppetias ferunt nostri Jurisconsulti Litteratoribus; qui enim Graecae linguae, admirandae illius linguae, veneres amat & illis carere nolit, quibus nemo eruditior sine pudore caret, exemplaria etiam Graeca, quae Diva Themis nobis conservavit, sibi perlegenda putabit, qualia sunt Basilica eorumque Synopses, Harmenopuli, Pselli Jambipolitici, Novellae, Constitutiones Imperatoriae magno numero & omnia, quae indefessa nobis dedit & collegit Leünclavii & illustrissimi Freheri industria, Glossaria denique & similia spolia, quae, Constantinopoli eversa, Italiam beârunt & Cujacianae scholae deinde originem dederunt; plurimi etiam facient Grajorum linguam discentes multas Graece conscriptas leges in Pandectis, quoniam pleraequè minime pessimo stylo sunt exaratae, immo reperire praeterea Grajorum litteris intento dabitur fragmenta ex Graecis auctoribus in Pandectis obvia, quae nusquam alibi inventuri sunt, qui ejusmodi gemmulas quaerere solent: quid? quod porro minime difficile foret probare, si
 luberet

liberet exspatiari, saepe etiam non posse aliquem; quid Graeci auctores sibi velint, discere, nisi consulta Romana Themide; ad plurima enim specimina laudanda promptus essem, si brevis hora sineret, ex Grajorum aeternis monumentis *s.* quamvis enim multi auctores ante Juris Civilis ortum floruerint, cum tamen Quiritium instituta Graeco Juri originem debeant, mirum sane esse nequit, si Romanarum legum doctrina etiam Grajos scriptores saepe explicare & illustrare possit, quia hodie Jus Latinum nobis ad manum est, Graecorum autem modo non perierit.

Quam amice igitur nostra Jurisprudencia cum humanioribus scientiis conspiret & quantus harum artium sit contentus quamque mirificus consensus, puto, non sine aliqua veritatis specie hac hora docebam; quoniam itaque toties auctores Latini & Graeci Pandectarum, Codicis & Novellarum ope explicandi veniant & simul etiam ita appareat, multum aequi & boni notitiam ex illis auctoribus posse enodari; nullus spero, cui cor sapit, negaverit, recte atque

D 2 que

* Vide insigne exemplum apud Cl. Wieling Lect. Juris p. 4.

que ordine facere non minus Litteratorem, si Juris Civilis luce illustret suas litteras, quam Jurisconsultum, si artes omnino illi necessarias amet & foveat & proprias sibi faciat humaniores & non, tamquam canis, Nilum attingat & fugiat, aut illas per transfennam adspiciat, quia tanto opere paria faciunt Jurisprudencia & politior Litteratura, immo quis extra oleas divagari aut plane diversas res sequi illum pronuntiabit? qui non tantum humanitatis studium jungat cum Jurisprudencia, sed & utramque hanc disciplinam simul & conjunctim profitetur.

Unde etiam multi memorantur rerum divinarum & humanarum consulti; qui simul in politioem Litteraturam incubuerunt, *a.* sed & justum

a. Inter priscos memorantur Fabius Pictor, Scipio, Cato, Mutianus, Antipater, Rutilius, Sulpitius, Labeo, Tuberon, Dio Cassius, Tribonianus, qui ab Imperatore vocatur, *similiter eloquentiae & legitimae scientiae artibus decoratus*, Constit. *tanta* §. 9. C. de ver. jur. enucl. Inter posteriores Alciatus, Balduinus, Godisius, Naclerus, Acoltus Aretinus, Greve, Alexander ab Alexandro & ejus interpres Tiraquellus, Goveanus, Masius, Schardius, Gifanius, Panzirollus, Paulus Merula, Grotius, Petrus Pithoeus, Henricus Valesius, Rittershusius, Rigaltius, Lindenbrogius, Grafwinkelius, Ezechiel Spanhemius, Zacharias Huberus, Heineccius, Arnautius.

justum implent numerum; qui vel jus & literas ex utraque cathedra professi sunt, aut e cathedra humanitatis in suggestum Juridicum transscenderunt; a. horum ego virorum vestigia e longinquo sequi conatus alternas horas semper dedi legitimae scientiae & humanitatis disciplinae excolendae, cujus instituti me nunquam poenituit, quotidie enim ita didici; quam vere me summi utriusque artis doctores monuerint, alteram alterius ope indigere scientiam; id quod ex literariis illorum monumentis abunde etiam vidi & hac hora paullo fusius ostendere enisus sum; inter illos autem, qui me ita monuerunt oportere cum humanitatis studiis conjungere legum cognitionem, magnum Petrum Burmannum numero, cui, si quid litteris tinctus sim, acceptum refero quique non solum hoc ore me docuit sed & exemplo suo: cum tamen magis inclinare coepisset meum studium ad Jurisprudentiam; non difficulter Vobis persuadebo, Auditores benignissimi,

D 3 mi,

a. Fecerunt imprimis hoc Capreolus, Muretus, Grynæus, Reusnerus, Gifanius, Lipsius, Badius, Heraldus, Vultejus, Thysius, Paulus Voetius, Loccenius, Ulricus Huberus, Westenbergius, Sibenius.

mi, me non temere sentire laetitiam, quod juri jam publice explicando, quod dudum privatim tantum licuit, admotus sim.

Illud autem, quoniam Vobis, Illustrissimi hujus Academiae Curatores, unice debeam, merum rus atque hominum ingratiſſimum me jure vocatum iri putarem, ſi a Vobis ſine teſtificatione animi meritorum erga me Veſtro- rum memoris abirem, ideoque non poſſum, quin immortales, id quod publice jam praesto, vobis habeam agamque gratias: ſido pectore, Batava, aut, quod idem eſt, Gelta ſide & con- ſtantia Vobis pollicitus & recipiens, me num- quam ſine munere ſuſcepſurum, niſi cum be- neficii a Vobis apud me collocati recordatio- ne gratiſſima, continuo in memoriam revocan- tem & mihi ſubjicientem, quem laborem, quem ardorem Vobis debeam pro vita, quam mihi conceditis & conciliatis, laborioſa illa quidem; ſed honorifica.

At Patribus & Auſpicibus hujus artium & diſciplinarem Palaeſtrae ad Vos me converto ejuſdem columnae & deſtinae, Profefſores Clariſſimi & multa eruditione conſpicui: ni- hil magis mihi volupe erit, quam ſi fides &

& amicitia nostra semper facta tecta maneat.

Ostendere & evincere conatus sum: amicitiam duorum studiorum Jurisprudentiae & Litteraturae cognationem; sed cui Vestram latet? omnes omnino artes & scientias communi vinculo inter se contineri; quid ergo aequius? quid Academiae Vobisque mihi que salutaris? quam, si nos illarum artium & scientiarum Professores etiam convictus & caritatis arctissimo nodo jungamur & magis magisque sociemur.

Tandem etiam Vos compello, Nobilissimi Academiae nostrae Cives, qui jam scitis, quid aera dissent lapinis, qui Juri Civili vires & annos sacrat; electus sum ab Illustrissimis hujus Universitatis Curatoribus, ut etiam ego Themidis Romanae templum pro virili vobis aperiam: favere itaque legitimis studiis devota pectora! &, si vobis persuaserim, humanitatis studia mirum quantum exornare atque adjuvare Romanam Jurisprudentiam, illa quaeso ne suffragae deque habete & dum in Jus Civile imprimis incumbitis, etiam bonis litteris invigilantes strenue moveatis lacertos aut movere pergatis!

Vos

Vos etiam, qui non Curiam, non juris cathedram neque forum cogitatis, qui tamen litterarias delicias adamatis, si omnes Quiritium lingua utentes auctores sine haesitatione & mora intelligere cupitis, jus Civile, si non addiscitis, saltem attingite & puto numquam vos hujus laboris poenitebit.

D I X I.



